18. *Cum eis.* Hebr., Chald. et LXX habent, *eis* ; quasi dicat : Faciam ut omnia (etiam fœre) sint eis amica, et veluti fœderata, nihilque noceant. Vide Isa., 11, 6, de habitatione lupi cum agno, etc. Id factum lego evangelica, mansuefactis hominum animis. — *Et arcum.* Summa pax erit, concurrentibus omnibus ad Evangelium. — *Dormire...* *fiducialiter.* Quietate et secure, ut fit cum alta est pax.

19. *Sponsabo te mihi.* Synagoga ob adulteria repudiavi, Ecclesiam autem nunquam repudiabo, sed matrimonii fœdus cum illa erit sempiternum. — *In justitia.* Per justitiam ; nam ipsa justificatio est quedam sponsatio. Vel te mihi sponsam adjungens, has tibi quasi arras nuptiales dabo, ut sis justa erga Deum et erga proximos : hoc est, per *judicium* et per *miserationem* de aliorum malis dolens, et per *miserationes* eis subveniens. Vel potius sensus est : sponsabo te mihi, et tui curam geram, ne quis te ledat injuste, sed contra hostes tuos judicium meum exeram, et te judicabo. Sponsabo etiam te mihi in *miseriordia* et *miserationibus*, hoc est, in *miseriordia* summæ *miserationis*, in *miseriordia* maxima quam tibi semper exhibebo.

20. *In fide.* Fidelitatem intelligit et constantiam in promissis ; quasi dicat : Ego fideliter prestabo que tibi promitto ; tu vero vicissim fidelem te mihi et incorruptam servabis. Potest etiam intelligi fides theologica, que est initium justitiæ et gratiæ per quam despondemur Deo. — *Et scies quia ego Dominus.* Re ipsa meam potentiam et bonitatem experta cognosces.

21. *Exaudiam...* *cœlos.* Est prosopœia dans sensum rei inanimatæ. Cœli, quippe pars universi, ejus conservationem et bonum naturali appetitu desiderant ; exaudiam ergo votum illorum, et faciam illis facultatem ut imbres demittant in terram. — *Exaudient terram.* Nam areas terra pluviam postulare videtur.

22. *Exaudiet triticum.* Quod ex terra in hominum commodum erumpere quodammodo gestit. — *Exaudient Jezrahel.* Facient quod vult populus Dei, id est, implebunt eum bonis. Jezrahel significat *semen Dei*, hoc est populus Dei.

23. *Seminabo eam mihi.* Spargam hanc synagoga, jam factam Ecclesiam meam, per orbem ut ubique prædicet et manifestet gloriam meam ; quod per apostolos, et deinceps per viros apostolicos factum est. — *Quæ fuit. Absque Misericordia.* Hæc patent ex c. 1, n. 6.

dam spem ; et canet ibi juxta dies juventutis suæ, et juxta dies ascensionis suæ de terra *Ægypti*.

16. Et erit in die illa, ait Dominus ; vocabit me vir meus, et non vocabit me ultra, Baali.

17. Et auferam nomina Baalim de ore ejus, et non recordabitur ultra nominis eorum.

18. Et percuciam cum eis fœdus in die illa, cum bestia agri, et cum volucre cœli, et cum reptili terræ : et arcum, et gladium, et bellum conteram de terra ; et dormire eos faciam fiducialiter.

19. Et sponsabo te mihi in sempiternum ; et sponsabo te mihi in justitia, et judicio, et in misericordia, et in misericordibus.

20. Et sponsabo te mihi in fide ; et scies quia ego Dominus.

21. Et erit in die illa : Exaudiam, dicit Dominus, exaudiam cœlos, et illi exaudient terram.

22. Et terra exaudiet triticum, et vinum, et oleum ; et hæc exaudient Jezrahel.

23. Et seminabo eam mihi in terra, et miserebor ejus, quæ fuit Absque misericordia.

24. *a* Et dicam non populo meo : Po-

pulus meus es tu ; et ipse dicit : Deus meus es tu. [a Rom. 9. 25. 1. Petr. 2. 10.]

Peuple : Vous êtes mon peuple : et il me dira : Vous êtes mon Dieu.

### CHAPITRE III.

#### Infidélité des enfants d'Israël, leur longue captivité et leur retour au Seigneur.

1. Et dixit Dominus ad me : Adhuc vade, et dilige mulierem dilectam amico et adulteram ; sicut diligit Dominus filios Israel, et ipsi respiciunt ad deos alienos, et diligunt vinicia uvarum.

2. Et fodi eam mihi quindecim argenteis, et coro hordei, et dimidio coro hordei.

3. Et dixi ad eam : Dies multos expectabis me ; non fornicaberis, et non eris viro ; sed ego expectabo te.

4. Quia dies multos sedebunt filii Israel sine rege, et sine principe, et sine sacrificio, et sine altari, et sine ephod, et sine theraphim.

5. *a* Et post hæc revertentur filii Israel, et quærent Dominum Deum

1. Le Seigneur me dit : Allez, et aimez encore une femme adultère qui est aimée d'un autre, comme le Seigneur aime les enfants d'Israël, pendant qu'ils mettent leur confiance en des dieux étrangers ; et qu'ils aiment le marc du vin.

2. Je donnai donc à cette femme quinze pièces d'argent, et une mesure et demie d'orge.

3. Alors je lui dis : Vous m'attendrez pendant plusieurs jours, vous ne vous abandonnerez à personne, vous n'épouserez point un autre mari : et je vous attendrai aussi moi-même.

4. C'est l'état où les enfants d'Israël seront pendant longtemps, sans roi, sans prince, sans sacrifice, sans autel, sans éphod, et sans theraphins.

5. Et après cela les enfants d'Israël reviendront, et ils chercheront le Seigneur leur Dieu,

CAP. III. — 1. *Dilige mulierem dilectam.* Le Prophète, sur l'ordre de Dieu, a recours à une nouvelle prophétie par action du genre de la première, pour peindre l'état d'abandon dans lequel va se trouver Israël. Le symbole est une femme adultère, qui représente, par ses infidélités, l'infidélité d'Israël, qui a quitté le vrai Dieu son époux, pour se livrer aux idoles. Dieu commande au Prophète de témoigner de l'affection à cette femme indigne, pour montrer qu'il a aimé Israël malgré ses dérèglements. Il ne lui dit pas de l'épouser, ni d'avoir commerce avec elle, comme l'ont supposé certains incrédules ; mais il lui recommande de l'attendre sans se donner à un autre, et il promet de l'attendre lui-même. Il n'y a donc là, observe Bergier, ni crime, ni incécence ; mais cette situation peignait très-vivement l'état d'Israël captif, et la nature de ses rapports avec Dieu.

4. *Et sine ephod, et sine theraphim.* C'est-à-dire sans exercice public de la vraie religion. L'éphod était l'habit de cérémonie du grand-prêtre. Le mot *theraphim*, signifie souvent idoles ; mais ici il désigne quelque chose d'extérieur qui se rapportait au culte. Peut-être désigne-t-il l'*urim* et le *thummim*, qui étaient les pierres précieuses, servant d'ornement au rational. Les Israélites se trouverent dans cet état pendant la captivité, mais cette description convient encore beaucoup mieux à leur situation présente.

5. *Revertentur filii Israel.* Ces Israélites convertis sont ceux qui revinrent en Judée après

CAP. III. — 1. *Dilige.* Alia adhuc tibi uxor quærenda est, aliæ nuptiæ ineundæ. — *Dilectam amico et adulteram.* Nunc quidem matrimonii vinculo solutam, sed adulteris, cum maritus viveret, infamem. — *Sicut diligit Dominus.* Hanc duces et amabis, licet ob pravos mores amabilis non sit, ut hoc sit symbolum amoris quo ego diligo synagoga adulterio idololatriæ toties pollutam. — *Respiciunt ad deos alienos.* Colunt idola. — *Diligunt vinicia uvarum,* Folliculos, qui remanent uvæ expressis, vana et inutilia, in quibus nihil succi est, aut boni.

2. *Fodi eam.* Emi eam ; verbum enim *chara*, utrumque significat, fodere scilicet et emere. Mos erat antiquus ut viri uxores quodammodo emerent. Ita David emit Michol centum præputiis Philistæorum, lib. I. Reg., c. 18, 25 ; Jacob Rachelem servitio septem annorum, Genes., 29, 18. — *Argenteis.* Siclis. Siclus æquivallet quatuor regalibus hispanicis, sive quatuor juliis romanis ; itaque quindecim sicli sexaginta julios efficiunt. — *Coro hordei.* Corus, hebraice *chomer*, erat mensura continens 30 modios. — *Et dimidio coro.* Et insuper dimidio coro, id est, quindecim modis.

3. *Expectabis me.* Nec aliis amatoribus turpiter te prostitues, nec mihi viro, a quo ducta es, legitime conjungeris ; ac ne putes tibi injuriam fieri, et ego expectabo te. — *Non fornicaberis, et non eris viro.* Et illegitimo et legitimo concubitu abstinere debebis.

4. *Quia dies multos.* Est explicatio hujus conjugii et abstinentiæ ab usu matrimonii ; quasi dicat : Quemadmodum uxor quam duxi consuetudine matrimonii cærebit ad tempus, et erit quasi vidua ; ita synagoga longo tempore rege, principe, etc., viduabitur. — *Sine ephod.* Ephod sive superhumeralis, erat primaria vestis pontificum. Ita significatur pontificatum et sacerdotium Israël auferendum. — *Sine theraphim.* Theraphim significat idola et simulacra quæ idololatræ domi habebant, invocabant, quasi lares et penates suos : his Israelæ in captivitate cariturnum affirmat ; quasi dicat : Nec pontificem habebunt, nec sacrificia, nec altare veri Dei ; et præterea carebunt etiam diis patriis, laribus et penatibus suis, vitulis scilicet aureis, et Baalim, quos colebant in Samaria. Licet enim mixti gentibus eorum idola coluerint, tamen hi non erant ejus theraphim, id est, dii patrii, lares, et proprii penates, quos coluerant in Samaria.

5. *Post hæc.* In fine mundi, in novissimo dierum, ut dicitur hoc eodem versiculo, nimirum tempore Antichristi. — *Revertentur.* Resipiscant. — *David.* Id est, Christum filium David, et in regno, non temporali, sed spirituali Ecclesiæ successorem. — *Pavebunt ad Dominum.* Magna reverentia Christum colent. — *Bonum.* Beneficentiam et largitatem Dei erga suos.



et David leur roi : et dans les derniers jours ils recevront, avec une frayeur respectueuse, le Seigneur et les grâces qu'il doit leur faire.

### CHAPITRE IV.

Vengeances du Seigneur contre Israël. Juda est exhorté à ne pas imiter l'infidélité d'Israël.

1. Cependant écoutez la parole du Seigneur, enfants d'Israël : car le Seigneur va entrer en jugement avec les habitants de la terre, parce qu'il n'y a point de vérité, qu'il n'y a point de miséricorde, qu'il n'y a point de connaissance de Dieu sur la terre.

2. Les outrages, le mensonge, l'homicide, le larcin et l'adultère s'y sont répandus comme un déluge; et l'on y a commis meurtres sur meurtres.

3. C'est pourquoi la terre sera désolée, et tous ceux qui y habitent tomberont dans la langue, jusqu'aux bêtes de la campagne et aux oiseaux du ciel : et les poissons mêmes de la mer seront enveloppés dans cette ruine.

4. En vain on s'élèverait contre vous, et on vous reprocherait vos crimes; parce que vous êtes tous comme un peuple qui se révolte contre les prêtres.

5. C'est pourquoi vous périrez aujourd'hui, et

la captivité, sous la conduite de Zorobabel, et qui se réunirent à ceux de Juda pour obéir à leurs nouveaux chefs, qui étaient du sang de David. Mais ceci peut s'entendre aussi de la conversion générale des Juifs, et des grâces abondantes que Dieu répandra un jour sur eux, lorsque, revenus de leurs égarements, ils le chercheront de tout leur cœur, et reconnaîtront Jésus-Christ pour le vrai fils de David, et leur sauveur.

CAP. IV. — 1. *Cum habitatoribus terræ.* Il s'agit de la terre d'Israël, et par conséquent des dix tribus. Le Prophète nous fait, dans les derniers versets de ce chapitre, une peinture de tous les désordres qui s'étaient introduits dans ce peuple, à mesure qu'il s'était laissé aller à l'idolâtrie. Il était témoin de ces désordres, par conséquent il supplée au silence des historiens, qui nous ont laissé fort peu de détails sur les dernières années de ce malheureux royaume.

4. *Sicut hi qui contradicunt sacerdoti.* C'est-à-dire qui résistent opiniâtrément aux jugements du Sanhédrin, au grand conseil de la nation, présidé par le souverain sacrificateur, et composé des chefs des familles sacerdotales. La loi ordonnait la peine de mort contre celui qui, par orgueil, refusait d'obéir aux décisions de ce tribunal (Deut., XVII, 12). C'est donc comme si Dieu disait : On ne gagnera rien si l'on se contente d'user de reproches envers ce peuple endurci; il faut l'accabler de maux et le faire périr (*Mézenquy*).

5. *Nocte tacere feci matrem tuam.* D'après l'Hébreu : C'est pourquoi vous périrez en plein jour tous ensemble, et vos prophètes mêmes périront avec vous; vous tombez dans l'obscurité de la nuit, et je réduirai votre mère au silence de la mort; Samarie sera détruite.

CAP. IV. — 1. *Filii Israel.* Alloquitur decem tribus. — *Judicium.* Id est, accusatio et expostulatio; quasi dicat : Habet Deus in quo accuset in judicio, et juste expostulet cum incolis Samarie. — *Veritas.* Fidelitas, fides promissorum et factorum. — *Scientia Dei.* Loquitur potissimum descendentia practica, qua cognoscimus, estimamus et reveremus Dei nomen, providentiam, justitiam, etc.

2. *Maledictum.* Maledicentia et convitium. — *Inundaverunt.* Abundant; omnia sceleribus redundant. — *Sanguis sanguinem tetigit.* Addunt peccata peccatis, et unum aliud excipit. \* Cædem cædes sequitur. Sanguinem vocat Scriptura, et homicidium, et peccatum, quo anima occiditur.

3. *Lugebit terra.* Vastabitur et desolabitur, ita ut lugere videatur. — *Infirmabitur.* Languebit, fame conficietur, tabesceat et morietur. — *In bestia agri.* Cum bestiis agri. Desolata terra, non tantum homines, sed et bestie avesque, quin et pisces morientur : tum quia hæc omnia ex terræ frugibus vivunt; iis ergo sublatis morientur : tum quia per hæc omnia puniuntur a Deo homo peccans, qui est eorum Dominus. — *Congregabuntur.* Scilicet mortui. LXX, deficient. Congregari in Scriptura nonnunquam significat mori; qui enim moriuntur, ad multitudinem et congregationem mortuorum accedunt.

4. *Unusquisque non judicet.* Nemo hunc populum reprehendat; nihil enim proficiet : nam momenti obstrepunt et contradicunt. — *Sicut hi qui contradicunt sacerdoti.* Particula *sicut* accipit potest ut nota non similitudinis, sed veritatis; quasi dicat : Populus tuus est admonitionis impatient, quippe qui contradicere audeat sacerdoti. Optime respondet italica phrasid : *Come quello che ardisce di contraddire ad sacerdote.* Quod si nota fit similitudinis, sensus erit : populus tuus iste, o Israel, impudentiam eorum imitatur qui magistris et sacerdotibus suis contradicunt. \* Similes sunt iis qui publica decreta contumaciter oppugnant, cui crimini capitis pena constituta est, Deut., 17, 12.

5. *Corruet.* In summam incidet calamitatem. Videtur captivitatem Assyriacam significare.

suum, et David regem suum; et pavent ad Dominum, et ad bonum ejus, in novissimo dierum. [a *Ezec.* 34. 23.]

1. Audite verbum Domini, filii Israel, quia judicium Domino cum habitatoribus terræ; non est enim veritas, et non est misericordia, et non est scientia Dei in terra.

2. Maledictum, et mendacium, et homicidium, et furtum, et adulterium inundaverunt, et sanguis sanguinem tetigit.

3. Propter hoc lugebit terra, et infirmabitur omnis qui habitat in ea, in bestia agri, et in volucre cæli; sed et pisces maris congregabuntur.

4. Verumtamen unusquisque non judicet; et non arguatur vir; populus enim tuus, sicut hi qui contradicunt sacerdoti.

5. Et corruet hodie, et corruet etiam

propheta tecum; nocte tacere feci matrem tuam.

6. Conticuit populus meus, eo quod non habuerit scientiam; quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi; et oblita es legis Dei tui, obliviscar filiorum tuorum et ego.

7. Secundum multitudinem eorum sic peccaverunt mihi; gloriam eorum in ignominiam commutabo.

8. Peccata populi mei comedent, et ad iniquitatem eorum sublevabunt animas eorum.

9. a Et erit sicut populus, sic sacerdos; et visitabo super eum vias ejus, et cogitationes ejus reddam ei. [a *Isai.* 24. 2.]

10. Et comedent, et non saturabuntur; fornicati sunt, et non cessaverunt; quoniam Dominum dereliquerunt in non custodiendo;

11. Fornicatio, et vinum, et ebrietas auferunt cor.

12. Populus meus in ligno suo interrogavit, et baculus ejus annuntiavit ei; spiritus enim fornicationum decepit eos, et fornicati sunt a Deo suo.

6. *Quod non habuerit scientiam.* Parce qu'il a négligé de s'instruire de ma loi. Ce reproche s'adresse à Samarie, et l'Hébreu peut se traduire : Comme vous avez rejeté la science, ville infidèle, je vous rejetterai, en sorte que vous n'avez aucun de vos enfants qui ait part aux fonctions de mon sacerdoce; et comme vous avez oublié la loi de votre Dieu, j'oublierai aussi vos enfants, ô ville infidèle.

12. *Et baculus ejus annuntiavit ei.* Le Prophète flétrit ici la divination qui se faisait par des baguettes enchantées, et il se moque, avec une mordante ironie, de toutes les superstitions dans lesquelles la foule était tombée à la suite de son idolâtrie.

— *Hodie.* Brevi, non ita multo post. — *Propheta.* *Pseudopropheta,* ut habet Chaldaeus. — *Nocte tacere feci.* Cum nox tribulationis et captivitatis venerit, mater tua synagoga confusa, convicta et moriens tacebit, agnoscat enim se illis suppliciis dignam esse.

6. *Conticuit populus meus.* Convictus et confusus. — *Eo quod non habuerit scientiam.* Scientiam vocat Dei legisque divinæ studium et cognitionem. Vide dicta n. 1. — *Quia tu scientiam repulisti.* Alloquitur synagogam, sive populum Israel, præsertim autem sacerdotes ut patet ex sequentibus. — *Obliviscar,* Chald., *repellam.*

7. *Secundum multitudinem.* Quo plures fuerunt, plus et gravius peccaverunt.

8. *Peccata populi mei.* Peccata populi hauriunt et absorbent, nec reprehendunt. Integra deglutiant et transmittunt in se et in suam conscientiam, ea suscipiendo. — *Comedent.* Comedere solent. — *Et ad iniquitatem eorum sublevabunt animas eorum.* Ad imitandas iniquitates, quas ipsi sacerdotes admittunt, invitabunt, erigent et inducent populos. Vel ad peccata populi, id est, cum populus peccat, sublevant et erigent se sacerdotes alacres et læti, quoniam ex eorum peccatis vivunt, hostiis nimirum quas offerunt pro expiatione peccatorum.

9. *Et erit sicut populus, sic sacerdos.* Similis est eritque populus sacerdoti, et sacerdos populo : qualis sacerdos, talis populus, et vice versa. — *Visitabo.* Puniam ejus actus et peccata. — *Et cogitationes ejus reddam ei.* Pœnam molitionum et machinationum suarum rependam ei.

10. *Et non saturabuntur.* Sumpta est metaphora a cibis exigui momenti; nam, ut ait hoc loco D. Hieron. : *volutas insatiabilis est, et quanto magis capitur, tanto plus utentibus se famem creat.* — *Fornicati sunt.* Fornicationem hic et in sequentibus vocat idololatriam. — *Non cessaverunt.* Non desisterunt idola colere. Reddit causam cur comederint, et non sint satiati, quia nimirum fornicatione, id est, idololatria, quasi cibo, famem suam satiare conati sunt; sed hujusmodi cibus animam explere non potest. \* Ex hebreo verti potest, *cortati sunt, et non pepererunt,* id est, venerem in mares exercere, unde partus nullus sequi potest. Vide infra, n. 14. Hebr. *parats,* quod proprie est *rumpere,* sumitur aliquando pro *parere,* ut Gen., 28, 14, et alibi. — *In non custodiendo.* Ejus legem et præcepta.

11. *Fornicatio.* Fornicatio, tum corporalis, jungitur enim vino et ebrietati; tum quæ inde consequi solet spiritualis, id est, infidelitas et idololatria, *auferunt cor,* id est, mentem rationem, judicium. — *Et ebrietas.* Id est, ebrietas.

12. *In ligno suo interrogavit.* A ligno poposcit oracula : per baculum futura vult cognoscere. Erat enim divinationis quoddam genus per baculum, aut per sagittas, de quo dixi *Ezech.*, 21, 21. — *Spiritus enim fornicationum.* Adeo idola colendi et superstitionis studium dementavit eos. — *Fornicati sunt a Deo suo.* Idola coluerunt a Deo vero cultu recedentes.

vos prophètes périront avec vous : j'ai réduit votre mère au silence dans une nuit.

6. Mon peuple se trouvera sans paroles, parce qu'il a été destitué de science, comme vous avez rejeté la science, je vous rejetterai aussi, et je ne souffrirai point que vous exerciez les fonctions de mon sacerdoce : et comme vous avez oublié la loi de votre Dieu, j'oublierai aussi vos enfants.

7. Ils ont multiplié leurs péchés, à proportion qu'ils se sont multipliés eux-mêmes : mais je changerai leur gloire en ignominie.

8. Car ils se nourrissent des victimes offertes pour les péchés de mon peuple : et ils flattent leurs âmes et les entretiennent dans leurs iniquités.

9. Aussi le prêtre sera comme le peuple : je me vengerai sur lui du dérèglement de ses œuvres; et je lui rendrai ce que ses pensées ont mérité.

10. Ils mangeront et ils ne seront point rassasiés : ils sont tombés dans la fornication, et ils ne se sont point mis en peine de s'en retirer, parce qu'ils ont abandonné le Seigneur et qu'ils n'ont point gardé sa loi;

11. La fornication, le vin et l'enivrement leur ont fait perdre le sens.

12. Mon peuple a consulté un morceau de bois; et des verges de bois lui ont prêté l'avenir : car l'esprit de fornication les a trompés; et ils se sont prostitués en quittant leur Dieu.



13. Ils sacrifiaient sur le sommet des montagnes; et ils brûlaient de l'encens sur les collines, sous les chênes, sous les peupliers, sous les térébinthes, lorsque l'ombre leur en était agréable : c'est pourquoi vos filles se prostitueront, et vos femmes seront adultères.

14. Et je ne punirai point vos filles de leur prostitution, ni vos femmes de leurs adultères, parce que vous vivez vous-mêmes avec des courtisanes, et que vous sacrifiez avec des effeminés : c'est ainsi que ce peuple qui est sans intelligence sera châtié.

15. Si vous vous abandonnez à la fornication, ô Israël! que Juda au moins ne tombe pas dans le même péché. N'allez point à Galgala; ne montez point à Béthaven, et ne dites point : Vive le Seigneur!

16. Car Israël s'est détourné du Seigneur, comme une génisse qui ne peut souffrir le joug; le Seigneur le fera paître comme un agneau dans une large campagne.

17. Ephraïm a pris ses idoles pour son partage : abandonnez-le.

18. Ses festins sont séparés des vôtres : il s'est plongé dans la fornication, ceux qui devaient le protéger ont pris plaisir à le couvrir d'ignominie.

19. Un vent impétueux l'emporta, comme lié sur ses ailes, et ses sacrifices les couvriront de confusion.

13. *Fornicabuntur filie vestrae.* Le désordre dans les idées amène le désordre dans les actions. L'idolâtrie, en pervertissant l'intelligence, gâta le cœur dans la même proportion, et le débordement des mœurs a toujours été la conséquence de l'oubli du vrai Dieu et du culte des idoles.

15. *Notite ingredi in Galgala.* Galgala était frontière de la tribu d'Ephraïm. Osée dit, dans d'autres endroits, qu'on y avait placé des idoles (IX, 15; XII, 11). C'est aussi ce que l'on voit par Amos (IV, 4; V, 5). Béthaven est le même que Béthel, où Jéroboam avait élevé des veaux d'or (III. Reg., XII, 29), ce qui fit changer le nom de Béthel qui signifie : *Maison de Dieu*, en celui de Béthaven qui veut dire : *Maison du crime, Maison d'idole.*

13. *Super capita montium.* Hæc sunt que a loci altitudine, excelsa vocantur passim in libris Regum. — *Thymiana.* Suffitum, sive vaporacionem thuris et aliorum hujusmodi odoramentorum. — *Bona.* Amœna, jucunda. — *Fornicabantur.* Me permittente in peccata peccatorum vestrorum, et puniente fornicacionem vestram spiritualem, id est, idololatriam, fornicacione corporali filiarum et sponsarum vestrarum.

14. *Non visitabo.* Deseram, negligam, peccata impune abire permittam in hac vita. Vel non puniam tam severe ut vos filias et sponsas vestras, cum adultaverint. — *Quoniam ipsi cum meretricibus.* Est enallage personæ. Quia vos pravo exemplo illis præistis, eoque gravius peccatis. — *Cum effeminatis.* Scortis masculis, aut eunuchis Beelphegor consecratis, et ejus sacerdotibus. Aquila vocat ἐπιλαμπρυνος, id est, *mutatos*, scilicet ex officio virili in femineum. — *Populus non intelligens.* Qui intelligere noluit. — *Vapulabit.* Pœnas dabit.

15. *Fornicaris tu, Israel.* Ab Israel sermonem convertit ad Juda, eumque monet ut memor templi et regni Dei (in Juda enim regnabat Deus per posteros David, ibique suam habebat domum et templum), non imitetur Israelem, idola colendo. — *Notite ingredi in Galgala.* Ubi propter antiquam loci religionem superstitiosius quam alibi idola colebantur. Galgala locus erat et civitas inelyta, distans a Jordane stadiis quinquaginta, et a Jericho stadiis decem. Ejus frequens mentio in sacris Scripturis. — *In Bethaven.* In Bethel, ubi erat vitulus, qui locus non amplius Bethel, id est, *Domus Dei*, sed Bethaven, id est, *domus idoli*, aut vanitatis dicitur potest. — *Neque juraveritis : Vivit Dominus!* Ne juretis per vitam idoli quod est in Galgalis vel in Bethel, ei attribuendo nomen *Dominus*; neque enim dii sunt, sed lapides aut ligna.

16. *Quoniam sicut vacca lasciviens.* Cavete ne Israelitas imitemini, qui quasi vacca lasciviens, et ostro percita, et jugum excutiens, recesserunt a Domino. — *Quasi agnum in latitudine.* In loco lato et spatioso; quasi dicat : Sicut agnus qui saginatur libere in latis pascuis pasci sinitur, ut deinde mactetur; ita Deus sinit Israelem bonis affluere et lascivire, ut sit præda Assyriorum, et ab eis spoliatur et juguletur.

17. *Particeps idolorum Ephraïm.* O Juda, dimitte Ephraïm, id est decem tribus, et fuge, ne ejus consuetudine corrumperis; idolis enim deditus est.

18. *Separatum est convivium eorum.* Illorum cultus, et religio, et cibus a tuo diversa sunt; noli esse eorum socius. — *Fornicatione fornicati sunt.* Sine modo peccant peccato idololatriæ. — *Dilexerunt afferre ignominiam.* Ignominiosa facere. — *Protectores.* Chald., *proceres*, principes scilicet et sacerdotes, qui populum deceperunt, et pro Dei cultu imbuerunt idololatriam, et qua ignominia sequitur et confusio.

19. *Ligavit eum spiritus.* Ventus ligavit in alis suis Israelem, ut celeriter eum per terram Assyriorum, et per varias mundi plagas dispergat. — *Confundentur a sacrificiis suis.* Cum afflicti calamitatibus viderint nihil sibi opis afferre idola.

13. Super capita montium sacrificabant et super colles accendebant thymiana; subtus quercum, et populum, et terebinthum, quia bona erat umbra ejus : ideo fornicabuntur filie vestrae, et sponsæ vestrae adulteræ erunt.

14. Non visitabo super filias vestras cum fuerint fornicatæ, et super sponsas vestras cum adulteraverint : quoniam ipsi cum meretricibus conversabantur, et cum effeminatis sacrificabant, et populus non intelligens vapulabit.

15. Si fornicaris tu Israel, non delinquat saltem Juda; et nolite ingredi in Galgala, et ne ascenderitis in Bethaven, neque juraveritis : Vivit Dominus.

16. Quoniam sicut vacca lasciviens declinavit Israel; nunc pascet eos Dominus; quasi agnum in latitudine.

17. Particeps idolorum Ephraïm, dimitte eum.

18. Separatum est convivium eorum, fornicatione fornicati sunt; dilexerunt afferre ignominiam protectores ejus.

19. Ligavit eum spiritus in alis suis, et confundentur a sacrificiis suis.

## CHAPITRE V.

### Menaces que Dieu fait aux prêtres, aux princes et aux rois d'Israël et de Juda.

1. Audite hoc sacerdotes, et attendite domus Israel, et domus regis auscultate : quia vobis judicium est, quoniam laqueus facti estis speculationi, et rete expansum super Thabor.

2. Et victimas declinastis in profundum; et ego eruditor omnium eorum.

3. Ego scio Ephraïm, et Israel non est absconditus a me; quia nunc fornicatus est Ephraïm, contaminatus est Israel.

4. Non dabunt cogitationes suas ut revertantur ad Deum suum; quia spiritus fornicationum in medio eorum, et Dominum non cognoverunt.

5. Et respondebit arrogantiæ Israel in facie ejus; et Israel et Ephraïm ruent in iniquitate sua, ruet etiam Judas cum eis.

1. Prêtres, écoutez ceci; maison d'Israël, soyez attentive; maison du roi, prêtez l'oreille; car Dieu va exercer ses jugements sur vous, parce que vous êtes devenus, à ceux sur qui vous étiez obligés de veiller, ce que sont les pièges aux oiseaux, et les filets que l'on tend sur le Thabor.

2. Vous avez détourné les hosties pour les jeter dans l'abîme : et je n'ai point cessé de vous instruire, et de vous reprendre.

3. Je connais Ephraïm, et Israël n'a pu échapper à mes yeux : je sais que maintenant Ephraïm se prostitue, et qu'Israël s'est souillé.

4. Je vois qu'ils n'appliqueront point leurs pensées à revenir à leur Dieu, parce qu'ils sont possédés de l'esprit de fornication, et qu'ils ne connaissent point le Seigneur.

5. L'impudence d'Israël est peinte sur son visage : Israël et Ephraïm périront par leur iniquité, et Juda périra avec eux.

CAP. V. — 1. *Et rete expansum super Thabor.* Il y avait beaucoup de gibier sur cette montagne célèbre. On y chassait aux oiseaux et aux bêtes sauvages avec des filets, selon l'usage de ce temps-là. Dieu reproche aux prêtres d'avoir été, par leurs mauvais exemples, une cause de perte pour ceux qu'ils auraient dû surveiller.

3. *Quia nunc fornicatus est.* Osée entend perpétuellement, par ce mot, le culte des idoles.

5. *Israel et Ephraïm.* Ephraïm se prend ordinairement pour tout le royaume d'Israël, parce que c'était la principale des dix tribus, et qu'elle était à leur tête. Ici le Prophète la désigne individuellement, parce qu'elle avait beaucoup contribué à répandre en Israël le culte des idoles. Jéroboam, l'auteur de l'idolâtrie, était un Ephraïmite.

CAP. V. — 1. *Sacerdotes.* Vocat sacerdotes, qui se pro talibus gerebant, licet veri sacerdotes non essent, quia non erant ex posteris Aaron neque ex tribu Levi. — *Domus Israel.* Accusatur populus ne se alienum arbitretur a crimine, si ad peccandum inductus sit a regibus et sacerdotibus. — *Domus regis.* Regem et ejus domesticos et consiliarios appellat. — *Quia vobis judicium est.* Condemnatio adest. — *Laqueus facti estis.* Scandalum exemplo vestro pravo, et susatione idololatriæ. — *Speculationi.* Iis qui vestra speculationi seu curæ sunt commissi. \* In hebræo est, *Lemisphah* : est autem Mispa nomen proprium montis, ubi multa aucupia exercebantur. — *Et rete expansum super Thabor.* Est repetitio. Facti estis laqueus et similes reti expanso super montem, quo aves vel feræ capiuntur. Sic populus vestra fraude et malitia captus est. Thabor mons est nobilissimus in Galilæa, densissimus et plenissimus ferarum.

2. *Victimas declinastis.* Avertistis a Deo et ab ejus altari. — *In profundum.* Valde vehementer, plane deserentes Dei cultum, et in profundum idololatriæ prolapsi. \* Vel respicit morem idololatræ, qui victimas jugulatas dejiciebant in specum in quo erat ignis. Videndus Euripides in Iphigenia, in Tauris. — *Et ego eruditor omnium eorum.* Profunde peccant cum tamen ego nunquam destiterim eos corripere per prophetas, et erudire ne tantum scelus patrarent.

3. *Ego scio Ephraïm.* Novi quale sit ingenium Ephraïm et decem tribuum; scio quam sit ad idololatriam proclivis, et a me aversus. — *Quia nunc fornicatus.* Video quid nunc agat, et quam fœde se idololatriæ scelere contaminet.

4. *Non dabunt cogitationes suas.* Animum non adjicient. Vel, ut ex hebræo verti potest, non permittent opera eorum (impia quibus assidue vacant), ut revertantur ad Dominum. — *Quia spiritus fornicationum.* Quia cæstro et impetu quodam idola colendi aguntur et furunt. — *Dominum non cognoverunt.* Non agnoscunt Dominum, neque illum, ut par est colunt.

5. *Et respondebit.* Arrogantiam vocat superbiam Israelis, qua spernens Deum sequebatur idola. Rursus arrogantia hic sumitur pro pœna culpæ arrogantis debita; quasi dicat : Punietur hæc arrogantia Israelis, ita ut pœna respondeat culpæ, eique publice quasi in faciem dicat : Ecce, o Israel, quia tam arrogans fuisti, et rebellis in Deum tuum, hinc merito nunc ab eo deprimeris et plecteris. — *In facie.* Palam publice, ipsis aliisque omnibus videntibus, et jussum Dei judicium ac vindictam approbantibus. \* Arias putat sententiam versiculi hanc esse : arrogantia et fastus Israelis cernitur, et relucet in facie ejus, juxta illud Isa., 3, 9 : *Agnitio cultus eorum respondit eis.* Vide ibi dicta. — *In iniquitate sua.* Propter iniquitatem suam. — *Ruet etiam Judas cum eis.* Etiam due tribus, sive regnum Juda ruet, quia Israelis idololatriam secutum est.